



Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... compedem Samaritanus reddit, quem Andreæs Masius sequitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

h. e. in laceris civitatibus, uti multi vertunt, vel *in petrarum fissuris*, ut alii exponunt. Quod utrumque ostendit male munitas fuisse Ascheritarum urbes. Etenim si מִתְרַב hic rupturam notat, & de laceris civitibus intelligendum est, quomodo Vatablus notavit: *Rupturas vocat urbes semidirutas, non enim habebant Ascheritæ urbes satis munitas*, & Clarius accepit de oppidis interruptis, quæ jugi opus habebant defensione, quis dicet Ascheritarum urbes adeo munitas fuisse, quasi ferreis atque æneis pessulis conclusæ essent? Si vero notat *fissuras petrarum*, sane minime munitas fuisse Ascheritarum civitates dicendum est, cum ipfi non fiderint suarum urbium mænibus, sed ingruente hostium multitudine in petrarum fissuris se occurrant.

IV. Aliis vox לְבָבָה est *compes*. Ita Samaritanus: *compedes tui ex ære & ferro*. Sequutus est hanc notionem vir summi ingenii atque acerrimi judicij Andræas Masius, cuius eximum in Josuam commentarium nemo, uti par est,

D 3 pre-

Vatablus
ad Iud. 5.
17. & ibid.
Clarius.

Masius in
Ios. 19 30:

78 De CALCEIS HEBRAOR.

prædicare potest. Ego vero, inquit, ferrea atque ænea claustra dicere Mo-
sen existimo, h. e. pertinaces barbaro-
rum vires, quas Aseritæ non poterunt
frangere. Quis enim nescit quanta
manserit perpetuo barbarorum copia in
Galilæa gentium? Ea autem maxima
fuit hæreditatis Aseritarum pars. Huic
enim sententiae pulchre consentit quod
in Mosis verbis continuo sequitur קְנַתְּךָ נִבְנֵת
cujus periodi simplicissima veris-
fimaque interpretatio est, Et quo-
dies tui, tot æruginæ tuæ, q. d.
Tibi certamen perpetuo est futurum,
cum veteribus tuarum possessionum
colonis, à quibus tanquam ferreis &
æneis clausiris submoveberis.

V. At nos errare Samaritanum
interpretem, & Andream Masium
putamus. לְמִתְּחַדֵּשׁ oppessulare, con-
cludere, deductum, compedem no-
tare posset, sed pro compede apud
Hebræos nusquam usurpatum, qui
vel vel בְּכֶל vel בְּכֶם / vel בְּצֶבֶת compedem
vocant, nunquam נִגְלָע. Accipiunt
quidem nonnulli נִעְלָה pro compedi,
in hoc Davidis dicto, אֲדֹם לְנִעְלָה
quasi dicat, super Edom
projiciam compedem meum. Nos
vero vulgarem istius vocis signi-
fica.

PL. 60. 10.